



Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Caput I. Quo ostenditur, qua methodo Jurispurdentia Brocardica seu Axiomatica ab A. Barbola, aut aliis qui otio abundant tradenda, vel saltem examinanda & excutienda fuerit: Quæ ne nostra de ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

AXIOMATUM JURIDICORUM

LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

Quo ostenditur, qua methodo Jurisprudencia Brocardica seu Axiomatica ab A. Barbosa, aut aliis qui otio abundant tradenda, vel saltem examinanda & excutienda fuerit: Quæ observatio etiam ad cap. 4. 5. 6. & 8. in exegeſi pertinet & ex diſputatione noſtra de Jurisprudencia Brocardica ante hos 28. annos Argentinae publice propoſita, deſumpta eſt.

Axioma Primum.

De Ablativis absolutis conceptum ita comm. afferri ſolet.



ABLATIVI absolute ſapiunt, induuntque conditionem, & in conditionem reſolvantur. *A. Faber. in C. ſuo de Rei vind. de ſinit. 15. num. 1. p. 234. Rol. a Valle. 3. conſ. 65. n. 23.*

EXEGESIS.

De origine & fundamento regulae.

1. Eſt hoc Brocardicum Dd. non tam ex verbis ſeu legibus, quam ex interpretatione earum elicium. Vid. gloſſ. Br. & Dd. communiter in l. a teſtatore 109. de condit. & demonſtr. Auctores magno numero allegat Cardinalis Tuſcius, tom. 1. Concluſ. 32. Br. Socinus reg. 1. Donatus. Finareg. 5. Schneidw. ad §. rursus. Inſt. de Adion. num. 17. & ibi not. Harprecht. ad §. 2. Inde locat. & conduct. num. 59. ubi dicit hoc indubitatum eſſe.

De ſenſu regulae.

2. Volunt autem hoc Dd. quando duo caſus Ablativi absolute ſint poſiti ſine regimine alterius vocis, quâ in conſtructionis ordinatione regan-

tur, & conſequentiam denotent, ſeu aliud ſequatur ſententiam perficiens; quod tûm illi in dubio ſua vi conditionem inferant, redoleant, adjiciant, conditionalem diſpoſitionem faciant, & in conditionem reſolvantur. Harpr. in comm. Inſt. de hered. quæ ab inſeſt. & c. num. 205. Alii & hoc addunt, ablativos absolute inducere, neceſſitatem Bach. ad §. ult. Inſt. de Nupt. num. 7. hoc eſt requirere, ut id quod diſponunt, velut alia quâlibet propria conditio præciſe, & in formâ ſpecificâ impleatur, non per æquipollens; l. 44. & 55. de condit. & demonſtr. Decian. 2. reſponſ. 1. num. 21. Hering. de fidejuſſ. cap. 10. n. 457. & ſeqq.

Exempla.

3. Ac ne res exemplis egeat. l. 1. de præſcript. verb. ſit verbi cauſa l. acceptis. 93. ad l. Falcid. & d. l. 109. de condit. & demonſtr. ubi illa verba, acceptis entum nummis, hoc ſignificant, ſi fidei-commiſſarius 100. dederit; poſt Br. & veteres Gothofredus in d. l. 109. Donellus 8. comment. 31. l. qui libertatis. 69. §. rursus. 4. Ibi: redditus rationibus liter eſto; de Evictionibus, collata l. 34. §. 1. de ſtat. lib. l. 11. §. 3. de leg. 3. ubi Br. l. 11. §. 3. de legat. 3. l. 2. C. de Uſucap. pro hered.

A Ra-

Ratio regulæ.

4. Rationem hujus explicationis videntur Dd. à Grammaticis mutuari, quorum hoc scitum est: Ablativos absolutos per particulas temporis significativas exponi, quales sunt: Si, ubi, postquam, quando &c. quæ eventum & conditionem designant. *Card. Tuscus. d. loc. n. 2. Scacc. de commerc. §. 1. q. 1. n. 138. Honoldus lib. 2. canonum logic. 4. Unde Br. in l. 1. princip. de condit. & demonst. Actus, inquit verbi, designatus per Ablativos absolutos importat futurum eventum, adeoque conditionem. Ad eos tantò citius dignoscendos comm. circumflexò insiguntur, quod nonnulli improbant. Joseph. Scaliger. 3. epist. 297. & lib. 4. epist. 357. Cl. Dausquius tr. 4. orthogr. c. 7.*

Ampliatione.

5. Ampliationis causa hoc addunt Dd. ut regula procedit, tam in dispositionibus ultimarum voluntatum; faciunt exemplat. 3. adducta, quam in contractibus l. ab emptione. §. 8. de pact. ibi: integris omnibus, scil. existentibus. l. ex istis agris. §. 18. id est, si agri evincantur; de usuris. ubi Gothofr. nec non in legibus & rescriptis l. precibus. 7. C. de impub. & aliis substit. Ubi verba: Te ejus successionem obtinente, exponenda sunt, si filii tui successionem obtines, quia sis in possessione, per notata ibidem. & statutis, Socin. in hac regula ampliat. 2. Tuscus. n. 15.

6. Dissentit à Brocardico isto & ejus deductione Corasius in comm. ad l. 2. §. 3. de origine juris. statuens, ablativos istos dispositionem magis inducere, quam conditionem. arg. l. mandatum 2. §. tuâ a. gratiâ. 6. mandat. Quod si maximè aliquando conditionem facere videantur, id non fieri vi, vel naturâ Ablativorum, sed quia expresse vel tacite saltem adjiciatur actus aliquis suspendens, aut eventus, in quem fiat suspensio, adde Giphani. ad l. 2. C. de Jure Emph. qui regulam hanc de duobus ablativis, ut plurimum quidem veram esse fatetur, sed non semper.

Limitationes.

7. Misit Socini, aliorumque oriofis ampliationibus (quas etiam enarrat biblioth. Döring. in voce ablativus, n. 8. & 26. At sugillat Cujac. 10. observ. 27. pr. ubi dicit Accursianos totos esse, in-

tergrum plerumque annum, in gerundio (supinis, & ablativis absolutis excutientis) dicamus; referre, an oratio sit pure enunciativa, & simplicem narrationem contineat, (ut in l. 11. §. 3. ibi: testamento facto obiit. ad l. Falcid. & in eadē leg. §. 4. ubi servi, moriente Domino narrantur valetudine affecti,) quo casu verius est, factum duntaxat intelligi, & nullam conditionem inferri. Confer. l. 2. §. 16. de O. l. Harpr. ad §. 3. Inst. de loc. & conduct. n. 28. An verò sit dispositiva, quæ fieri aliquid jubeat, & disponat vel prohibeat, quo casu ablativi isti conditionem plerumque inferunt, maximè si jungantur verbis temporis futuri; non item si præsentis aut præteriti. Valent. Gruiel. Forst. 1. observ. 10. Quam distinctionem jam olim explicationis & limitationis loco proposuisse legitur Bald. in repetitione. leg. 1. de leg. 2. ubi dicit, quod ablativi absoluti tunc maximè conditionem faciant, quando concepti sunt de eo, quod est incertum, & super futuro: eodem allegatur Bart. à Tusc. d. loc. n. 22. alleg. facit. l. Stichum. 6. de legat. 1. l. sita. 7. de auro & argento. leg. l. 34. §. 1. eod. Nec procul abluat distinctio Signoroli Homodei, quam refert, Tuscus n. 8. ubi interesse dicit: An ablativi illi absoluti proferantur in vim narrationis, & sequatur dispositio Juris, ut tunc conditionem importet, si verò præcedat dispositio Juris, & sequatur narratio per ablativos absolutos, quod tunc non importent conditionem, sed narrationem. Atque ista distinctione profligari possunt exempla, quæ à Dissidentibus opponi solent. 2. feud. 45. ibi: repudiata hereditate. Conf. Colleg. l. A. ad l. Falcid. th. 16. simulque ita poterit commode satisfacere objectionibus Dn. D. Bitschii in comment. ad text. 2. feud. 45. not. 2. allatis.

Ufus.

8. Usus hujus regulæ utcumque à Cujac. supra §. 7. & amplius à Pio IV. in conciliabulo Tridentino falsè taxatus sit; vid. Petr. Suar. Polan. lib. 6. hist. Concil. Trident. p. 565. & not. in Racem. Crimin. ad l. 1. C. de furt. Exsplendescit tamen vel ex præcedentibus exemplis, atque ut hoc addamus, ex illâ quoque controversia, an in contractu emphiteutico præcisè scriptura requiratur. vid. Treut. 1. disp. 29. th. 9. lit.

lit. T. & altera Feudali, ex cap. 17. feud. lib. 2. de eo qui sibi & heredib. suis masculis. Nam quando foemina vocantur, deficientibus masculis, hac vocabula, cum sint ablativi absoluti, resolvuntur in conditionem; & perinde est, ac si dictum fuisset, si decesserint Gozadin. consil. 53. n. 13. & quod consequens est, jus foemineum in eum eventum, quo masculi defuncti fuerint, suspendunt, & eveniente conditione illa, foeminas vocant: inquit Hartm. Pistor. lib. 2. part. 2. quest. 36. n. 33. Similis disputatio est in c. un. in fin. 1. Feud. 21, ubi dicitur: Vassallum beneficium suum amittere, si concubuerit cum uxore Domini, Domino vivente. Ex quo nonnulli disputant, Vassallum cum vidua Domini defuncti concumbentem feudum non amittere, quia ibi Feudista utatur duobus ablativis absolutis: vide Gothofr. Antonii disp. feud. n. 14. s. lit. B.

De simili Brocardico: quod ablativi absoluti etiam praeteriti temporis verificentur de praesenti; multo vero magis de praeterito imperfecto, & ita de actu adhuc durante, vide Gædd. de stip. c. 9. n. 122.

CAP. II.

De Abrogatione II. & correctione, itemque de defuerudine. Vide inf. sub tit. allegatio, correctio.

CAP. III.

Absentia, Absens, Praesentia, Praesens. Absesse. v. infr. in esse.

Axioma I.

Iusta absentia nemini debet esse damnosa. v. Rittershus. 2. different. 14.

EXEGESIS.

Fundamentum hujus regulae est in l. 2. Si ex noxali causa. ratio desumpta ex generalibus aequitate, quod nemo debeat cum damno alterius locupletari. l. 14. de Condict. in deb. l. 206. de Reg. Jur. c. 48. eod. in 6. nisi scilicet sua culpa damnum sentiat, ut in Usucap. praescript. contingit. tunc enim damnum sentire non videtur. cap. damnum 86. de R. I. in 6. jam vero culpa ei imputari nequit qui iusta ex causa abest.

Sensus autem hujus regulae pro diversitate subiecti varius. Et quidem quis absens dicatur videri potest in Bart. in l. duobus. §. ut. in fin. de duob. reis. Alex. de Im. in l. 2. §.

voluntatem. col. 3. vers. & quis dicatur absens. ff. sol. mat. Spec. in tit. de praescript. vers. quando aliquis. Quoad hanc regulam absentia quinque modis recte consideratur. Vel enim absentia est necessaria & probabilis, vel probabilis tantum, aut tantum necessaria, vel voluntaria sine contumacia vel cum contumacia. Ultima absentiae species neminem excusat, nisi ut impediatur sententiam definitivam in criminalibus, ceterae pro diversitate subiectorum varios sortiuntur effectus, prout videre licet apud Kling. in Instit. tit. de act. reissi. p. 337. & latius patebit ex sequentibus: quod enim attinet.

Primo absentiam necessariam & probabilem. Illa non tantum absenti aut alii non debet esse damnosa. l. 140. de Reg. Jur. l. fin. C. de rest. mil. l. fin. de dol. l. 1. Quib. ex causis major. sed etiam proficua est redeunti ad obtinendam per integrum annum vacationem à publicis muneribus. l. 10. de Excus. tur. 2. In restitutionum materia comparatur minori. l. 6. d. in integ. restit. quod etiam 2. de necessaria aut 3. probabilis simplici absentia asserit. l. nec non. 28. Ex quib. causis majores. l. 26. eod.

Quod autem 4. loco pertinet ad absentiam voluntariam quae sine contumacia est, illa in judicialibus non nocet, veluti si mercator sui commodi causa abesset: citari enim absens debet. l. 53. §. fin. de re jud. can. 4. §. 11. 13. caus. 3. §. 9. l. ea quae 7. C. Quom. & quand. jud. nec ejus defectus à principe ipso secundum communem Dd. opinionem recte suppletur. Dec. consil. 63. n. 11. consil. 181. num. 8. Rom. sing. 137. Vant. de null. ex def. Cit. n. 6.

Limitatur tamen supradicta regula: 1. quod restitutionis remedium locum non obtineat, quoties absens procuratorem reliquit, qui agere & cum quo agi potuit. Si enim aliquis absentiae causam defendere sit paratus, praesens nihil habet, quo suam negligentiam queat excusare, l. 22. Ex quib. causis major. Et absens ordinario remedio mandati contra procuratorem negligentem satis tutus merito ab extraordinariis & subsidariis his auxiliis arceatur. secundum l. 16. de min. 2. Quod absentia noceat & necessario & probabiliter absenti si absentiam istam praecessit culpa, vide l. 2. §. 8. Si quis caut. 3. Fallit in eo qui absentiam affectavit. l. item hi. 4. ex quib. causis major. quod etiam in simplici necessaria absentia procedit d. l. 2. §. 9. si quis caut. nihil enim desideratum prodest: prout docet glossa per plurim. exempla dist. loc. Add. Dec. ad l. 140. de R. I.

II.

Absens qui iusta & probabilem absentiae causam habet in favorabilibus pro praesente habetur.

Elicitum hoc axioma est ex l. Questum. 78. de legat. 3. l. Scie 20. §. Pamphila. 6. de inst.